turcos In xix ponitur secũda victoria contra soldanũ et arabes sabeos. In xx. ponit᷑ vniuersal triũph9. cõtra antixpi exercitũ gog et magog In xxi ponitur reformacio eccie q̊ ad vniuersalem fidei ⁊ euãgelij suscepcõz ⁊ anathematizacõz oim heresũ ⁊ opinionũ fKaꝝ ⁊ q̊ ad religionis et obediẽ ordinẽ In xxij ponit᷑ stat9 oim fideliũ q̊ ad vite conuersacõz et expectacõz future beatitudinis Hec igit᷑ septẽ vltima capKa. nobis exponẽda reliqrũt pr̃s iã expositis alijs xv capKis precedentib9 q̄ ad lrãm sub eis cõpleta sunt. Pñs igitur xvi ca pKm diuiditur in tres ptes principales Nam primo ponitur flagellacio eccKie affricane. Secũdo asie maioris Tercio medietatis euro pe Et ideo clarum erit. quod ait daniel vij c. Tradentur inquit in manu bestie oia regna p tps ⁊ tpa et dimidiũ tpis Primo igitur po nit affricam punitã sub trib9 plagis triũ an gelorũ. quoꝝ primus puniuit arabiam. cui9 metropoK est bosra p quo nota q̄ in metropo li arabie cui p̄erat berillus archiep̄s reperũt hereses circa tempora origenis vt traditur ĩ ecclesiastica historia. hec est arabia sabea in q̄ est mecha in qua ortus est maumet pseudo p pheta. et quia hoc regnum fuit cum suo patriarcha alexãdrino principalis cq̃ oim hẽsũ ⁊

recessiōis a scā romana ecclīa· idcirco ⸤angelꝰ
eiꝰ⸥custos⸤effudit p̄mā ire dei phialā⸥pmit
tens ibi nasci caput peccati ātixp̄z et pseudo
ꝓphetā maumeth· qui cepit ibi cogere ad cir=
cūcisiōꝫ ⁊ blasfemiā xp̄i ⁊ ꝑsecucōꝫ vniuersa=
lem fidei et suscepcōꝫ sui caracteris q̄ ē circū=
cisio et alcozanū· sicut caracter xp̄i est baptis
mꝰ et euāgeliū Et ita lrā prime ꝑtis legatur
⸤Ego inq̄t iohānes audiui vocē magnā dei⸥
turbati⸤d̄ tēplo ecclesie⸤p̄cipiētē septē ange
lis⸥q̇bꝰ datū est in p̄cedēte ca· inducere septē
plagas istas⸤Jte⸥o angeli et⸤effūdite vij⸥·
principales⸤fialas⸥et victorias saracenoꝝ
cōtra terrā scismaticā xp̄ianoꝝ· et qꝛ p̄ceptū
fcm̄ ē iō seq̇t² execucio dicēs⸤ Et p̄mꝰ āgelꝰ⸥
q̇ erat custos ecclie arabū ⁊ hismahelitarū he
reticoꝝ⸤abijt⸥ad exeq̄ndū mādatū⁊⸤effudit
fialā suā⸥et vltionē⸤in terrā⸥ipōꝝ et nato
maumeth⸤factū ē seuū vulnꝰ⸥circūcisionis
⸤et pessimū⸥abnegacōis euāgelij in illis aga
renis qui susceperunt⸤caracterē⸥circusionis
et⸤adorauerūt imaginē bestie⸥que est alcora
nū O q̄ꝑ pessimū fuit vulnꝰ Nā abnegata fide
susceptoq3 alcozano et circūcisiōe arabes mo
uerūt arma ceteris xp̄i ecclijs easq3 vsq3 ho=
die destruxerūt· mlta cede sāguis xp̄iani· Et
hec ē prima plaga affrice Secūda plaga fuit

vt aiūt historici qꝛ sergiꝰ ꝛ pᷣiarcha alexādri
nꝰ cū maumetho sēciētes. dato saracenis dic
tis transitu. breui tpis spacio egiptum et oīa
maris littora obtinuerūt ab alexandria vsqꝫ
ad extremū accidētis austr i. ꝛ mari transmis
so hispanias in europa subiecerūt Et qꝛ pri.
archa alexandrinꝰ dedit viā et opinionē sue
heresis a pᷓcipio: idcirco in calce precedentis
capituli dicitur ⌊ vnū ex q̄tuor aīalibꝰ dedisse
septē phialas ⌋ qꝛ vt ait arestotiles in primo
de celo et mūdo. principiū est fere totū rei Le
gatᷓ igitur lrā sic ⌊ Et secūdꝰ ⌋ āgelꝰ custos af
fricani ꝛ hispani littoris et egipti. ꝛ insularū
eiꝰ ⌊ effudit fialam suā ⌋ siue saracenos in ma
re ⌋ affricanū ⌊ ꝛ factꝰ est tāqꝫ sāguis mortui ⌋
quia multa cede xp̄ianoꝝ ceperūt oēs ecclias ꝛ
regna eiꝰ ꝛ ⌊ in dicio mari mortua est oīs aīa
viuens ⌋ que est anima fidelis Nam vt ait aba
cuc ij c Justus ex fide viuit Ad litteraꝫ eīn nl
lus remansit ibi fidelis. sed omnes aut truci
dati sunt aut alcoranum et circūcisionem sus
ceperunt. et hec fuit ij. plaga affrice. Tercia
plaga affrice fuit. qꝛ saraceni habito vniuer
sali littore eius collectis maximis copijs ad
affrice interiora se contulerunt. et ceperunt
maxima regna hereticorum numidie. libie.
mauritanie. tingitane et huiusmodi hӱ af.

friheretici erāt tp̄e sācti Augustini q̄ arrianā heresim secuti ⁊ uuādalis adiuncti· oēs catholicos trucidauerūt Quare eoꝝ sanguinē deꝰ ꝑ fialas siue saracenos vltus est ·Ideo sic legatᶻ lrā huiꝰ plage⌊ Et terciꝰ⌋ āgelꝰ q̄ ē custos ecciaꝝ ⁊ regnoꝝ dctōꝝ ⌊effudit fialā suā⌋ siue exercitū saracenoꝝ⌊ sup flūia et fōtes aq̄rū⌋interioris affrice⌊ ⁊ factꝰ ē ī eis sāguis⌋ et cedes qꝛ saraceni trucidabāt hereticos ad talia loca occursātes ⁊ sāguine rubricabātur aque Et ne putes deū crudelē iā q̄rtus āgelꝰ hoc laudat dicēs Tu dn̄e⌊ q̄ eras⌋ab eterno ⁊ es immutabilis· vtiqꝫ⌊ es iustꝰ⌋qꝛ recta sunt iudicia tua· q̄bus sāxisti· vt q̄ gladiū sine misericordia accipit· gladio sine misericordia pereat Isti aūt numide feroces heretici uuādalꝭ adiūcti· effuderūt sine mīa sanguiēz catholicoꝝ ⁊⌊ ꝓphārū⌋siue epōꝝ et doctorū ꝓphās ⁊ legē exponēciū Ergo iuste⌊ dedisti eis bibere sanguinē⌋sub gladio saracenoꝝ⌊ vt digni sūt⌋ Et iste q̄rtus āgelꝰ collaudat tres p̄cedētes plagas affrice vt intelligas suā quoqꝫ plagā futurā in asia iustā fore Deinde vt intelligas eciā oēs sequētes plagas iustes· idcirco eciā sequētes āgeli idipsū cōfirmāt dicit igiᶻ textus⌊ Et exiuit de altari⌋celesti vox alia⌋ q̄ est laudacio quinti et sexti ⁊ septimi āgeli ita

diceus⌊ Eciã dñe creatoꝛ: et deꝰ gubernatoꝛ
et amp̄c cui resisti nō p̄t⌊ iudicia tua sūt vera
et iusta· vera⌋ q̇dem et rōni congrua qꝛ cōso·
nat rōi vt iudiciū sū mīa fiat illis· q̇ nolūt fa
cere miam ꝓrio suo⌊ Justa ⌋ aūt qꝛ iustū ē vt
subdātꝛ lupo maumet· q̇ nolūt subÿci agno ꝛ
eius vicario pontifici maximo Hec eīm sola cā
ꝑma ē· q̄re deꝰ oēs ecclias tradidit ātixp̄o si
ue maumetho· hec de prima pte c· sint dcā nūc
narrat hꝰ quō asia maioꝛ puesit ad manꝰ bes-
tie tribꝰ āgelꝭ seqūtibꝰ Hoꝝ āgelꝰ custos pri
archatꝰ ierosolomitani· effudit sarracenos ī
siriam et palestinā· qꝛ ab obedīa scē romane
eccle recessit et grecis cōsensit Igitꝛ sic legatꝛ
lrā⌊ Et q̄rtꝰ ⌋āgelꝰ q̇ est custos patriarchatꝰ
iherosolomitani⌊ effudit fialā ⌋ siue exercitū
saracenoꝝ⌊ in solem ⌋ siue iherusalē in q̊ vigꝫ
influxꝰ solꝭ ꝛ ī quo ortꝰ ē sol iusticie xp̄s ꝛ ⌊ da
tū est illi vt affligeret ⌋ illos scismaticos⌊ estu
et igne ⌋ siue ꝓpter estum et ignem Nā hÿ ab
lti cōstruūtꝛ ex vi cāe obiectiue quia estꝰ scis-
matis· et ignis ardenter heresis fuerūt obiec
ta huiꝰ flagelli· ⌊ Illi aūt hoīes estuauerunt
magno estu ⌋ scismatis recesserūtqꝫ ab vnio·
ne romane ecclesie ⌊ et blasfemauerunt nomē
domini ⌋ iheſu⌊ habētis potestatē sup has pla
gas ⌋ derogātes noi scō xp̄i q̇ ē petra· dicētes

in successore petri nō omne vicariatū vniuer
salem xp̄i Jmmo post admonicōz eis fcām ⌊ n̄
egerēt pn̄iam · vt darēt glāz deo ⌋ agno q̄ oues
oēs cōmisit petro et suis successorib⁹ · sed vsꝫ
in hodiernum diem obstinati pmanēt Et ita
prima ps asie maioris plagata est Alia plaga
fuit · qꝛ karol⁹ magn⁹ inuict⁹ cesar xp̄ianus
oēs hispanias excepta beltica granata et to-
tā siriā restituit xp̄ianis Sꝫ p⁹ ei⁹ mortē hec
victoria fuit occasio quinti flagelli Nā sarace
ni qui in ispanijs remanserūt incursionibus
freqūtibus sāguinē xp̄ianū fuderunt Ceteri
collectis iterum viribus et ihr̄lm ac siriā re-
cupantes feroci⁹ et crudeli⁹ in xp̄ianos deba
chati sūt · et iō hec lrā legitur sic ⌊ Et quint⁹ ⌋
angel⁹ qui erat custos karoli magni ⌊ effudit
fialā ⌋ siue exercitum karoli ⌊ sup sedē bestie ⌋
in siria et hispania ⌊ et fcm̄ est regnū e⁹ tene-
brosū ⌋ qꝛ vtrāqꝫ sedē karol⁹ tulit a bestia ⌊ Et
illi ⌋ homines saraceni incitati ⌊ mādūcauerūt
liguas suas ⌋ p̄ furia ꝛ dolore pdicōis regnoꝝ
dictoꝝ et in hijs doloribus ⌊ nō fuerūt cōuer-
si ⌋ ad fidem et ⌊ pn̄iaꝫ ⌋ sed ostinati⁹ ⌊ blasfema
uerunt xp̄m ⌋ et crudeli⁹ blasfemi siriā iuase
rūt et ita redūdauit victoriam in quintā pla
gā eccl̄ie Sexta eccl̄e plaga fuit destructō olꝫ
aliaꝝ eccl̄iaꝝ maioris asie ꝑ q̄ nondū ē ꝙ ti-
gris ꝛ eufrates cingūt mesopotāiā ꝛ tutabāt

om̄nes reges cristianos orientales babilonie niniue susis · et parthorum ac medorū · hij cū patriarcha anthioceno heresim nestorij secuti tādem sub bestie impio venerunt · et sunt in eis saraceni obstinatissimi ꝓpter tres opiōes falsas que ibi vigent · quarū prima est tocius secte ꝙ alcoranū sit scriptum in celo et ꝓpterea nulla lex alia est vera · sed deceptoria Secunda opinio est pseudo ꝓphete maumethi ꝙ ipse nō missus fuit in miraculis sȝ gladio Ideo dicūt omnem aliam defensiōȝ fidei vanā esse: nisi illam que est ꝑ gladium Tercia opinio fuit cuiusdā hali regis ꝑfidis qui dixit se resurrecturū et tunc xp̄s qui adhuc viuit efficietur saracenus cū ōnib⁹ xp̄ianis: et vt dicit ricoldus in suo itinerario se vidisse in baldaco siue babilonia rex ꝑfidis omni anno pat mulā expectans cū toto ꝑplo si hali resurgat: et xp̄s cū xp̄ianis efficiatur saracenus hijs trib⁹ opinionib⁹ falsis obstinatissimi ꝑmanent Sic igitur dēt legi lrā⌊ Et sextus angelus ⌋custos eccē āthiocene ⌊ effudit suam fialam ⌋et saracenos ⌊ in flumen illud magnum eufrates ⌋ et repūt antiochiā et meso · ⌊et ⌋ita ⌊ siccauit aquas illius flumīs ⌋qꝛ cuȝ nō ꝓhiberēt saracenis trāsitū ad orientales xp̄ianos tūc meabiles fcē

ſunt eis Et hoc fecit āgelꝰ⌊ vt regibꝰ⌋ ſarace
noꝝ⌊ p̄paretꝛ via⌋ eūdi ad reges xp̄ianos ſciſ
maticos et hereticos⌊ qui ſunt aboꝛtu ſoꝛ⌋ q̄
capta⌊ ego iohānes vidi tres ſp̄s⌋ ſiue tres in
mūdas ⁊ mēdaces opiōs⌊ q̄ exibant in modū
ranꝝ⌋ ſolo clamoꝛe illas defendenciū. et exi-
bant ex triplici⌊ oꝛe⌋ Prima ꝙ criſtus. et criſ
tiani efficientur ſaraceni exibat d'⌊ oꝛe dꝛaco
nis ⌋hali. quia vt patet in expoſicione raimū-
di ⁊ nico de lira. draco ſuperiꝰ ſignificauit re
gem pſidis coſdꝛoe. Secūda vero⌊ de oꝛe beſ
tie ⌋ſecte ſaracenice. ꝙ nulla lex ſit vera ſcrip
ta in celo. niſi alcoꝛanum Tercia autem⌊ de
oꝛe pſeudo pꝛophete ⌋maumeth. ꝙ deus non
querit aliam opinionem legis q̄m per gladiū
Hee aūt tres ꝓbaciones cū ad inſtigacōs de-
moniꝫ proceſſerint⌊ dicūtꝛ⌋ tres⌊ ſpūs demo
nioꝝ⌊ qui faciunt ſigna ⌋eo ꝙ cōtinue q̄ſi mi-
raculoſe creſcunt et ꝓſperātur cōtra ecciaꝫ et
facile mouent⌊ reges terre⌋ ſaracenoꝝū ad p̄
lium cōtra criſtianos⌊ vſq; ad diē magne vl-
tōis ⌋cōplete cōtra ſciſmaticos ⁊ hēticos⌊ Eᵒ
ihē venio cita ⌋coū vos ſciſmatico⌊ ſicut fur⌋
Ad lrāz eñ ſaraceni ſicut fur inopinate irruē
tes. omnia ſunt ad votum conſecuti . Et qꝫ
inter hꝰmōi fluctꝰ p̄uidebat ecciam romanā
nauiculam ſancti petri ſaluandam. ideo ſub
iungit⌊ Beatus ⌋populus latinus⌊ qui vigi

lat] in extirpacõe heresum p inquisitores heretice prauitatis [x custodit vestimenta] siue populos suos sub fide [ne denudetur eis] a saracenis sicut cetere ecclesie hereticorum quorum deus [tripitudinem] heresis [vidit] x vltus ē p saracenos Et deus iam sub septimo angelo [cõgregabit illos] saracenos ad vltimā vl dictam [in locum q̄ dicitur ebraice hermagedon] latine aūt cõsurrectio scdm Jeronimū. hec est grecorum ecclesia ad quā paul9 de cõsurrectione scripsit dicēs ad colosenses Si cõsurrexistis cū cristo . que sursum sunt querite. Et forte ad hanc insulā vltimū impetū et conatū facient. qui cā erit cõcitacõis latinorum et destructionis saracenorū hec de plagis sex affrice . x asie dicuntur. nūc ad europā stilū vertit et phialam Nota igitur q̄ iniciū plage describit nunc finem vero ponit in sequenti capitulo Pro quo reminiscendum est historie epi tiri et ptolomaide q̄ anno salutis M C Gotfridus billon dux lotoringie cruce signatus maximis collectis viribus ad recuperandum iherusalem profectus est . In cuius exercitu narrantur fuisse sexies centena milia qui tamen catolici ab imperatoribus cõstātinopolitano et trapesūtino grecis dolo fuerūt pro magna pte enecati9 dato pane cõfecto ex cal=

ce et faria Et tunc dn̄is latin⁹ exercit⁹ diuis⁹
est in tres ptes Nā vna remansit egrota Alia
cū gotfrido pfecta expediciōe terrestri· cepit
armeniam et siriam palestinam Tercia vecta
cū balduino classe maritima cepit littora: et
insulas maris Vltimo adiūct⁹ gotfrido ieru
salē victores restituerunt romane ecclesie Sz
non pt⁹ multos ānos eiecti cepit septima et
vltima plaga que describit² in seq̄nte capitu
lo Hic igi² legat² lrā [Et septi⁹ āgel⁹] custos
romane ecclesie [effudit fialā suā] siue milici
ā [in aerē] siue in cōsiliū xp̄ianū qd̄ dicit² aer
a claritate fidei· in quo gotfrid⁹ petiuit cru-
ce signari [Et exiuit vox] et licēcia [a tēplo]
concilij [et a trono] siue autoritate sedis apos
tolice [dicens Factū est] siue fiat vt petitur·
[Et tunc facta sunt fulgura] rubea que erāt
cruces rubee in vestimentis et vexillis [facte
quoqz sunt voces] pdicancium crucē [et toni-
trua] armoꝝ· et apparat⁹ bellici [Et fact⁹ ē
magnus mot⁹ terre] latioꝝ qz oīs latitas est
mota· et cōgregatus fuit talis exercit⁹ [q̈lis
nō fuit ex quo ceperūt hoīes] xp̄iani [habita
re sup terrā] qz fuerūt senes cētena milia [Et
ciuitas q̄ est] societas mag̃ h⁹ exercit⁹ [facta
ē in t͛s ptes] vt dixi⁹ [Et citates gēciū] sara-
cēoꝝ [ceciderūt] qz gotfrid⁹ cep² ātiociā et siriā

⌊Et oẽs insule fugierunt⌋quia balduinus ce
pit eas⌊Et montes nõ sunt inuenti⌋qꝛ tan-
dem iherusalem ꝛ oĩa ꝑsidia montana cepert
⌊Et de celo⌋siue celesti iudicio occulto⌊descẽ
dit in hoĩes⌋latinos⌊grãdo sicut talentũ⌋qꝛ
ad lrãm illi panes confecti ex calce et farina·
erãt rotundi vt grã do·et ponderosi vt talen
tum⌊ Et hoĩes⌋egroti⌊blassemauerũt⌋ siue
murmurauerũt⌊de deo ꝓpter plage dolorẽ
qm̃ magna fcã est vehemẽter⌋tã magnitudĩe
hominũ qui obierũt ꝙ acerbitate doloris Hoc
aũt sanctus euãgelista induxit·vt intelliga⁹
rãm·q̃re angelus europe q̃ latinos induxit
tũc ad victoriã·ex hoc indignatus deduxerit
grecos ad ruinã·vt nũc in seq̃nti caplo dicet

Capitulũ xvij de plaga vltima europe·et inicio destructionis thurcorũ·

c ontinua sunt scdm aristotilem cui⁹ p
tes copulantur ad vnũ cõmunem ter
minũ Sed victoria latinorum supra-
dicta· ꝛ inchoacio destructionis ecclesie greco
rum·fuerũt sibi immediate succedencia vt ꝓ
babitur Idcirco copulata sunt sub eodẽ ange
lo At ille angelus fuit septimus·vt patuit in
calce precedentis capituli Et idcirco sanctus
iohãnes nunc eundem septimũ inducit ange

lum ita ad se loquentē[Et venit ad]me[v-
nus de septem angelis qui habebant septem
phialas]rē Pro intellectu igitur huius capi
tuli sunt hec notanda Primo q post nona
ginta annos mortuo gotfrido saraceni iterū
inuaserunt iherusalē syriam et antiochiā Et
paulo post turchomānorū cepit imperium q
exeuntes de latibulis suis paulatim septimā
plagam europe intulerūt ecclesie Et nunc sep
tem nobilissima quidē sed scismatica europe
regna sub bestia posuerunt Quorū primū est
ponticū siue trapesuntinū scdm constantino
politanū Tercium asiaticū Quartum alba-
nū siue macedonicū Quintū bosinense Sex
tū seruie Septimū atheniense maris ellespon
tici In his sunt ille xpianorum decem puin-
cie nominatissime Frigia Bithimia Tracia
Grecia bisantina peloponessus philippica
epirus thessalonica et littus siticum et pars
magna valachie q omnia subsūt imperio bes
tie Scdo est notandū vt hodie a genuensib9
accepi ita se habent thurchomānorum reges
salua meliore declaracione Primus dictus ē
cctoman vilis profecto de villa octomangi-
chi qui primus in asya minore cepit bursiam
et eā vi eripuit a dominio caracci q nichil at
temptauit cōtra constantinopolim eo q pu9

erat dominꝰ. Huic successit filius eius baiazit
rex secundus. qui patris p̄uo imperio adiecit
prouinciam aydin. et sarcan. eripiens eam a
potentatu carracci. qui adhuc exiguus nichil
de constantinopolis imperio cogitauit Suc
cessit ei filius. cuiꝰ genuenses nominis nō re
cordantur Est tamen tercius in ordine et quē
stolide imperator constantinopolitanꝰ in sui
auxiliū contra suos subditos euocauit Qui
sub pignore accepto p̄sidio galipolis. primus
ausus est maris asiatici terminos transire et
aspirare ad constantinopolitanum imperiū.
cepitq; primus in grecia andrinopolim et me
galicaream. Quartꝰ rex fuit eius filiꝰ ildrin
qui latina lingua tonitruum interpretatur.
paucaq; grecorum cepit castra. quē tambur=
lanus ip̄m captum secum duxit ergastulo fer
reo clusum Seruati sunt multi de domo eius
et potissime filius eius munsulman. qui cona
tus capere seruiam. decollatus est a domino
seruie. hic quintus fuit rex Cuiꝰ filius rex sex
tus. dicimus est chirischi ogolp. q̄ eciam nichil
preualens cōtra constantini imperiū obijt. re
lictis duobus filijs Horum alter nomine morat
trucidauit fratrē noīe mostafā. susceptoq; sep
timꝰ regno cepit orā greci circa littora scithi
ca. et portionē quādā ex polopponesso. et seruia

et macedonia Quo mortuo successit ei octauꝰ
rex filius eius qui nunc impat nomine mehe-
meth. q̄ etate nostra cōstantinopolim et oīa
residua regna itegra vsqꝫ ad latinos mira ce-
leritate cepit. vno em̄ fere ipetu. validissima
regna cepit Ex his octo. duo primi nichil de
grecoꝝ imperio cogitauerūt Vn̄ hic a iohāne
non cōputantur. sed solū reliqui sex. videlicꝫ
q̄ galipolim p̄sidium cepit. scđs ildrin. terciꝰ
mōsulman. q̄rtus chirischi ogoly. quintꝰ mo
rat. sextus vo p̄ns mehemeth. sub cuiꝰ filio.
q̄ nondū est coronatus cessabit thurcoꝝ impe
riū Vltimo est notandū. ꝙ modꝰ quo latini
de ppinquo recuperabūt omnia regna dicta
erit triplex Primꝰ ex pte dei qui hec p̄desti-
nauit ⁊ cui nō p̄t resisti Scđs ex pte humani
tatis xp̄i qui p sancti petri nauicula ⁊ latina
ecclesia orauit. ne deficeret fides eiꝰ Et qꝛ ora
cio xp̄i fuit sp exaudita. iō sola ecclesia roma
na nō declinauit ad hereses. sed fidelis pma-
net Et hac de cā in hͦ capitulo vocat latinos
fideles Ampliꝰ elegit et p̄destinauit vt petrꝰ
cū sua ecclesia romana lapsos et pditos resti-
tueret dicēs. et tu aliqn̄ cōuersus cōfirma fra
tres tuos Et iō a iohāne latini appellātur in
hͦ capitulo electi et vocati ad bellandū p res-
titucione fratrū et ecclesiaꝝ pditarū Terciꝰ

modus est ex pte hominū et duplex solet pōi
prim⁹ ponitur ab ioachim abbate sup lxviiij
ieremie vbi dicitur Deijcient idumeos puuli
mei A voce ruine eoꝝ cōmota est terra Cla
mor in mari rubro audit⁹ est sic dicens Ecce
quasi aquila ascendet et euolabit et expādet
alas suas sup bosram et erit cor forciū ismae
litarū quasi mulieris pturientis Vbi ait ioa
chin ꝙ puuli gregis xpi latini destruēt thur
cos et imperator roman⁹ vsqꝫ ad ismaelitas
penetrabit absqꝫ resistēcia Et cōcludit adhuc
futurū est inqt vt orientales exercitus inter
se discidāt ⁊ sub romane reipublice principe
veniāt Et allegat sibillā pro confirmacione
supradictorū Et ita scđm ioachin discordia
erit occasio vt veniāt sub xpianis Sanct⁹ āt
norseus patriarcha anthiocen⁹ de quo aiūt
armeni ꝙ prophetauit fere circa inicia mau
methi dicit clarissime ꝙ capta cōstantinopo
li et grecia a gente ismaelitaꝝ sagiptaria rex
eorum mittet in italiam et latinos quosdam
legatas qui occulte baptisari aperiēt latinis
modū capiendi cōstantinopolim latini vero
collecto exercitu mari et terra xpo restituent
omnē greciam traciam asiā siriam et alias
Et ita scđm hunc sanctum virum illi qui sub
sūt thurco dabūt viam victorie xpianis Ego

aũt puto vtrũqꝫ verum esse· vt et in eis discor
dia futura sit· et xp̄iani qui sunt cũ eis eorum
manus dissoluãt eis rebellando et latinis se
addendo· et hoc totũ consonat huic capitulo
in quo sanctus euãgelista iohãnes facit tria
In prima parte ponit imaginẽ imperij tur-
chie In scd̄a parte cũ dicit Quare miraris· ex
ponit plagã europe In tercia ponit modum
et viã destructionis turchoꝝ· ibi ⌊ Aque quas
vidisti ⌋ Primũ igitur ponit figurã turchie di
cens ⌊ Venio ⌋ o iohẽs· ⌊ ꝛ ostendã tibi destruc
cionẽ ⌋ turchie ⌊ meretricis magne ⌋ quia xp̄o
relicto mẽcatur cũ maumetho· ⌊ q̄ sedet ⌋ siue
imperat ⌊ sup aquas multas· cũ qua simul in
fide sunt fornicati reges terre ⌋ eius ⌊ et de vi
no ⌋ siue ritu ꝓstitucionis sue heresis ⌊ inebria
ti sunt ⌋ ad lrãm habitatores turchie ⌊ Et sus
tulit me ãgelus in spũ in desertũ ⌋ Dicit in spi
ritu· qꝛ non corpore sed mente ostensum est ei
desertũ turchie ⌊ Et vidi ⌋ ibi turchiã· q̄i ⌊ mu
lierẽ ascẽdẽtẽ sup bestiã ⌋ qꝛ aderat secte mau
methi· et ⌊ coccineã ⌋ qꝛ vtitur sola cede ac san
guine xp̄ianoꝝ ⌊ Eratqꝫ plena nomib⁹ blasfe
mie ⌋ heretice prauitatis· qꝛ negat xp̄m cruci
fixũ· mortuũ· et deũ· asserit circũcisionem ne
gat baptismũ· et trinitatẽ ꝛ multas alias blas
femias ⌊ Et habebat capita septẽ· ꝛ cornua x ⌋

Et ad lrām vestitur purpura coccino ꝛ inau
rata ē auro· et lapidib⁹ ꝑciosis ꝛ margaritis
qz sūt effecti diuites· ac delicati· mercatu et ꝑ
dis xp̄ianoꝝ Et hz in manu sua sine religio-
ne· poculū aureū id ē alcozanū qd quasi di
uinū venerantur Et licet ab eis extimetur au
reū· tū in rei veritate est plenū abhominaci
onib⁹ heresis· et immūdicia fornicacionis
et viciorū Et in fronte hēbat scriptū hec est
turchia· q̄ est mistica babilon illa· mater for
nicacionū et abhominacionū terre saraceni
ce Ex q̊ patet errare ꝑdicatores illos· qui as-
serūt antichristū oriundū in babilonia corpo
rali· sz in mistica secundū hūc locū· qz sicut cor
poralis babilonia ydolatriā inducit· ꝛ dei po
pulū captiuauit· et tandē periit sic hec secta·
xp̄i blasfemiā induxit· dei populū captiuat· ꝛ
tandē peribit Et vidi mulierē hanc turchiā
ebriā de sanguine sanctoꝝ xp̄ianoꝝ quo ad
volūtatem· et de sanguine actualiū martiꝝ
ihesu quia ad litterā inebriatur actu et volū
tate sanguine xp̄iano Et miratus sum cū vi
dissem illā prosperari contra sanctos admi
racione ac dolore magno Hec igitur est figu-
ra turchie· Nunc angelus se conuertit ad ex
posicionem huius plage europe in hac secun-
da parte capituli ita dicens· Quare o iohan

nes⌊ mirraris: Ego exponā tibi sacramentū⌋
siue significatū· primo⌊ mulieris⌋ et secūdo⌊
bestie que portat mulierē habentē capita· vij·
ꝛ cornua decē⌋ Igitur⌊ bestia quā vidisti⌋ fuit
persona maumeth q̄⌊ fuit et nō est⌋ ipse ꝫ sua
secta Et hec secta⌊ est ascensura⌋ et eleuanda
sup omnia xp̄ianorū regna vsqꝫ quo veniat in
vltimā summā et⌊ abyssum⌋ ꝓsperitatū · et⌊
tūc in interitū ibit⌋ qꝛ xp̄iani eā delebūt Sed
anq̄ꝫ deleatur mlti xp̄iani⌊ habitātes terrā⌋
eorū et alij⌊ quoꝝ nomina⌋ ab eterno⌊ nō sūt
scripta in libro vite⌋ vidētes bestiā et sectam
maumethi⌊ qui fuit et non est⌋ in tāto culmi-
ne ꝓsperitatis cū tanta ignominia xp̄i·⌊ ad-
mirabūtur⌋ cōcludentes Ergo maumethi lex
vera est· quā deus tutatur et eleuat cū tanta
xp̄i ignominia Et ita q̄ꝫ plurimi negāt fidem·
vt euidēcia facti ostendit· cū mō seducātur sı
fieri p̄t eciā electi· vt ait xp̄s Et hoc de bestia
Nūc tibi dicā significatū mulieris ebriā de sā
guine martirū ihesu⌊ hic⌋ igitur o iohānes⌊ ē
sensus⌋ et exposicio mea⌊ qui habꝫ sapienciā⌋
ꝛ certitudinē sine errore⌊ Septē capita sūt sep
tē mōtes⌋ siue alta regna septem europe· su-
pra in principio narrata· que omnia cōseque
tur hec turchia in vltima plaga europe Simi
liter significāt⌊ septem reges⌋ vltimos turco

rū· qui conabūtur capere cōstantinopolitanū
imperiū cū dictis regnis· Sed⌊ quinqꝫ primi⌋
videlicet auxiliator imperatoris· ildrin mu=
sulman· chirischi ogoly· et morat pater huiꝰ
p̄sentis imperatoris⌊ ceciderūt⌋a p̄posito qꝛ
parū cōsecuti sunt igitur quinqꝫ isti ceciderūt
⌊Unus⌋ aūt qui est presens sextus rex mehe
meth· est famosus ille qui capiet cōstātinopo=
lim· et omnia regna nullo audente resistere·
⌊Alius⌋autē septimus rex successor huiꝰ⌊ nō
dū est⌋coronatus⌊ Sed cū venerit⌋ad regnū
⌊oportebit ip̄m⌋ex ordinacione diuina⌊ ma
nere modicū tēpus⌋in tanta gloria Ex hoc se
quitur ꝙ sub isto finietur europe flagellū Et
sub eius successore· incipiet xp̄ianorum mag
na victoria · Et subdit iohēs⌊ Et bestia⌋siue
secta maumethi⌊ qui fuit ꝛ nō est⌋portat hāc
mulierem quia sub eius religione sūt turchi
⌊Et ip̄a est octaua⌋quo ad ritū·⌊et⌋tamen
⌊est de septē⌋regibus· quia nō sunt distincti
ab illa lege· cū oēs sint maumethiste Hec bes=
tia post septimū regē⌊ vadit in interitū⌋quia
xp̄iani eā oīno totaliter extinguent⌊ Et decē
cornua q̄ vidisti sunt x· sub reguli ponēdi⌋in
·x· dcis p̄uincijs hij sub isto sexto rege turchie
⌊nondū acceperunt⌋p̄fecturā sꝫ sub septīo re
ge p̄xime futuro accipiēt actionē⌊ et p̄tātem

tanq̄ reges]post bestiā siue vicariū bestie sol
danū⸌[Hij habent vnū consilium]et volunta
tem discordandi a septimo rege[et ṽtutem]
suam et[potestatē]a principio tradēt[bestie
quia adherebūt soldano⸌et ita sc̄dm ẏoachim
exercitus orientales inter se dissidebūt[Pug
nabunt]tamen[cū agno]siue latino exerci-
tu qui soli subsunt agno· [Et agnus]existēs
in exercitu latino[vincet illos]turchos [q̄m
agnus ipse est rex regū et dn̄s dominoꝝ] Et
nō turchus·[et dn̄s dn̄antium ip̄e est]⁊ non
soldanus et decē p̄dicti prefecti Milites quo
q3 latini[qui sunt cū agno] hn̄t tres p̄rogati
uas Prima q2 ipsi soli[sunt vocati]ad hoc bel
li et triūphi decus Et ideo non potuerunt re
ijci a thurcis sicut predecessores affrici·asiani
greci·tanq̄ non vocati ad triumphum sed ad
plagam· Secūda est· quia latini [soli sunt e
lecti]ad remigandū ꝓ hac nauicula sancti pe
tri toto orbe agitata Et ideo thurci tanq̄ ti-
ranni cedent eis·sicut electis canonice· ad do
miniū· Tercia est quia qui plagandi erant a
bestia·solum sunt heretici et scismatici Sed
latini semꝑ fuerūt[fideles]in euāgelio et nō
heretici·et ideo nō poterunt subijci a bestia q̄
solū ad flagellandas hereses missa ē Si ergo
q̄ritur cā victorie ·rn̄det Johānes dicens· q̄a

monarchia mūdi est ⌊agni et nō bestie⌋ et q̄a latini milites qui sunt cū eo⸗ sunt ⌊vocati⌋ sūt ⌊electi⌋ sūt ⌊fideles⌋ Hoc igitur dictū sit de vltima plaga Nūc ad terciā capituli ptem ac cedamus⸗ in qua tāgit victoriā ex pte hūana q̄ erit discordia turchorū⸗et rebellio xp̄iano⸗ rum existenciū sub eis⸗ vt s̄ posuim⁹ Et idcir co lrā sic legatur Et āgelus michi dixit dam⸗ nacionē mulieris in hunc modū ⌊ Aque quas vidisti sup quas sedet⌋ turchia ⌊ meretrix sūt populi et lingue ⁊ gentes⌋ q̄bus imperat⌊ Et decē cornua sunt x⌋ reges siue prefecti futuri illoꝝ sub septimo rege⌊ Hij oēs odient bestiā fornicariā⌋ sectā suam⸗ Prefecti q̄dem qꝛ poci us eligēt xp̄ianos eā delere q̄ꝫ manere sub sep timo rege xp̄iani vero licet heretici⸗ tā bestiā naturaliter odio hāt Et ideo⌊ facient⌋ bestia lem illam sectā⌊ desolatā⌋ ab imperio⸗ et nu⸗ dā a dn̄is⸗ et⌊ mādueabunt⌋ siue dilacerabūt et delebūt⌊ carnes⌋ ac sectatores eius⌊ ⁊ ipaꝫ sectā⌊ cōcremabunt igne⌋ et homines et ciui tates subiciendo Et qꝛ iohēs mirabatur de tā ta ꝓsperitate eorū contra xp̄ianos⸗ idcirco ā gel⁹ ei respōdet dicēs Hoc⌊ de⁹ ꝑmisit o iohēs vt castigata heresi orietaliū hereticoꝝ⸗ facile ltis cōsentirent et tandē thurcis ⁊ saracenis rebellādo⸗ facilī xp̄ianis victoriā ministrarēt

Et idcirco sic legatur lrã Deꝰ inspirauit in corda eorũ orientaliũ· vt suũ impium dent bestie et subiciãt se ei sine resistencia· et faciẽt qđ bestie placet statim tradendo ciuitates et regna· vt cõsumentur et cõpleantur verba et ordinacio dei de castigãdis heresibus· vsq3 ad septimũ turchie regẽ Et mulier quã vidisti ipa est ciuitas siue societas turchomãnoꝝ q̃ hꝫ regnũ et impiũ sup reges et pfectos dcõs europe hec de lrã capituli

Dubiũ de monarchia põtificis maximi

Dubitatur· an agnus et vicarius eius põtifex maximꝰ sit iure diuino rex regum siue monarcha tpalis huius mũdi Et videtur ꝙ nõ· hĳs racionibꝰ Primo qꝛ omnis monarcha tpalis· defẽsat suã monarchiam Sed xps eũ temporaliter nõ defensat ymo vt euidencia declarat· pociꝰ flagellat et minuit Ergo nõ hꝫ monarchiã in hoc mũdo tpalem Et cõfirmatur dicto xp̃i iohãnis· xix c· dicentis ad pilatũ Regnũ inqt meũ· non est de hͦ mũdo Sed monarchia tpalis· est de hoc mũdo Ergo ius monarchie xp̃i non est in hoc mũdo· sꝫ expectatur ĩ alio Ad hoc firmissime tenentes respõdemus ꝙ ne dũ in futuro seculo· sed eciã in p̄nti cristus solus habet monarchiam iuridicã· Et hoc primo declaratur se-

cūdo capitulo danielis· vbi dicitur ꝙ lapis ab
scisus de mōte sine manibus q̇ est xp̄s· confre
git statuā· et ip̄e fctūs est mons magnꝰ ·⁊ im
pleuit vniuersam terrā Sed ibi ad lrām loq̇-
tur angelꝰ de succesione monarchiarū mūdi·
et lapis replet eciā celū et terrā vniuersā· Er
go monarchia xp̄i vniuersalis ē ne dū celestis
sed tp̄alis Et cōfirmatur p̄ exponendi danie
lis modū· sic ibi dicentis In diebꝰ aūt regno-
rū illorū scꝫ subiectorum romanis· suscitabit
deus celi regnū videlicet xp̄ianorū· vt oēs ca
tholici exponūt· de quo regno sic dicit statim
Regnū illud nō dissipabitur· ⁊ alteri pp̄lo nō
tradetur· sꝫ cōminuet ⁊ cōsumet vniuersa reg
na· ip̄m aūt stabit in eternū Ex q̄ auctoritate
hoc colligitur· Oīne regnū qd̄ potest impug-
nari et affligi temporaliter sed nō deleri· est
regnum tp̄ale· quia regnum in alia vita nec
impugnari potest nec affligi Sed regnū xp̄i
potest affligi tp̄aliter et impugnari a bestia
sed nō deleri· vt patet ex dicta auctoritate et
ex septimo capitulo eiusdē danielis et in toto
libro huius apocalipsis Ergo xp̄i monarchia
est eciā temporalis· q̄ licet sit impugnata ⁊ af
flicta sub septem sigillis· et septē tubis· et sep
tem phialis· tū eius iurisdictio nō tradetur a
deo alteri populo· vt ait daniel secūdo capitu

lo . sed tandē auferet a bestia omne regnum qđ est subter omne celum: et dabit populo xpi ano . vt ait idem septimo capitulo Et ita regnum tpale cristi dissipabit omnia alia regna et ipm stabit in eternū . quia omnia terminabuntur regna Solum autem xpianorum regnū stabit . quia neq₃ in presenti neq₃ in futuro huius regni erit finis vt dixit angelus ad mariam luce primo capitulo . Et cōfirmatur qz daniel . septimo capitulo vt ibi declarauim9 circa finem capituli ad litteram loquitur de maumeth . qui loquitur contra excelsum sermones . ⁊ putauit posse mutare leges cristi in alcoranum . et tempora ab anno salutis voluit mutari ab annis maumethi , et sibi intitulari Vbi duo habem9 primū q̄ auferetur regnum a bestia et dabitur populo sanctorum . Sed regnum qđ iudiciuū dei aufert a bestia ē temporalis eius monarchia Ergo cristus et vicarius eius pontifex maximus sunt diuino iure temporales monarchie Aliud dicitur q̄ populo xpristiano dabitur magnitudo regni que est subter omne celum Sed subter omne celū nō est nisi tps Ergo xpi monarchia est tpalis eciā in h° scł̄o Et cōsonat huic dcm̄ xp̄i math . vltimo . Data est inq̄t michi ois ptās i celo et in terra Sed ois potestas est vniuersa

lis monarchia · q2 sacramentorū non est om
nis potestas · Ergo xp̄o et vicario eius data ē
monarchia ne dū celestis · sed eciā terrestris ·
Atq3 ita agnus cū pp̄lo latino · vt ait hic iohā
nes pugnabit tpaliter cū bestia et saracenis
et agnus vincet illos quia iure diuino soli si
bi est tradita vniuersalis monarchia et est so
lus rex regū et dn̄s dominanciū · et latini qui
sunt cū eo sunt vocati ad bellandū · ⁊ electi ad
regnandū vniuersaliter et fideles ad cōseruā
dam euāgelij monarchiā O quanta · erit gl̄a
latinoꝝ Certe ipsi soli sunt enoch et helias re
seruati ad pugnandū contra antixp̄m · et feli
ces victores Ad racionē dicimus · q̄ aliud est
nō defensare et minuere · aliud emēdare ⁊ cor
rigere Negam9 igitur q̄ xp̄s nō defensauerit
ecclesiā suam aut diminuerit sed bñ in his fla
gellis pmisit ptes ecclesie leprosas et hereti-
cas atq3 scismaticas flagellari Hoc aūt non
est ius suum nō defensare aut de iure sue mo
narchie minuere · sed solū languide pti occur
rere atq3 mederi p illas medicinas ⁊ media ti
rānica bestie · q̄ sua sapiencia nouit meli9 ex-
pedire Ad scd̄a3 racionē dicim9 cū augustino
super illo verbo xp̄i Ego nō sum de hoc mūdo
Aliud inquit est esse de hoc mūdo ⁊ hic · aliud
aūt esse in hoc mūdo · et hic Esse eīn de hoc mū

do⁹ est habere iura sua a mūdo et more mūdi
At xp̄s non habuit ius sui regni a mūdo sed
a deo pmittente p scripturas daniel et ange
li q̄ sue monarchie nō erit finis sicut in prece
dentib⁹ patuit Similiter non acq̄suit eā mo
re mūdi militum multitudine et armis sed
miraculis et morte vicit vt exposuimus sup
scdo ysaie pphete dicentis de messie militib⁹
Cōuertent gladios suos in vomēs et lanceas
suas in falces Non leuabit vltra gens aplica
cōtra genten gladiū Et hoc est qd̄ xp̄s non ne
gat pilato regnū suū esse hic ꝛ in hoc mūdo sꝫ
esse hinc et de hoc mūdo dicens Si regnū me-
um esset de hoc mūdo ministri mei vtiqꝫ ar
mis more mūdi decertarēt vt nō traderet iu
deis Nūc autem regnū meum nō est hinc Hoc
loco surgit dubitacio Si regnū xp̄i nō armis
acq̄ritur quomō iohānes euāgelista in sequē
tibus capitulis ponit latinos acq̄situros vni
uersalem bestie monarchiā pugnis bellis et
armis Et respōdem⁹ q̄ latinus exercit⁹ licet
vsurus sit armis tū magis erūt p signo q̄ ef
fectu qꝛ illa arma nichil valebūt cōtra tātam
saracenoꝝ potenciā ꝛ exercit⁹ sicut nec arma
petri nichil valuerūt nisi ad abscisionē auricu
le Sed accident mlta miracula et diuine vtu
tes qb⁹ territi infideles subiugabūtꝛ Nā vt

ait apostolus prime ad thessalonicēses ultimo
Dn̄s ihesus interficiet impiū spū oris sui Et
hoc idē asserit isaias xi c. ut ibi ad lrām expo
suimus Ergo in armis latinorū non opabit^r
vis armorum quā turci nō trepidant. sed spūs
ihesu miraculosus Et ideo iohēs cū hic dicit.
q vocati et electi ac fideles latini pugnabūt.
nō dicit arma eorum sed agnus vincet illos qui
rex regū est. et hec de littera capituli Ex hijs
multa dignissima memoratu occurrūt Primū
est q ius omniū monarchiarum a solo deo est. h
ptz danielis iiij c. qū nabuchodonosor dictū
est Scias q excelsus dn̄atur in regno homi-
nū. et cuicunqꝫ voluerit dabit illud Secūdum
est q sole qꝫqꝫ monarchie sūt a iure diuino. s.
caldea. psa. greca. romana. xp̄iana. q̄rū q̄tu-
or prime ad temp⁹ concesse fuerunt a deo. ul
tima vero stabit in eternum . et ius eius alte
ri populo non tradetur Hoc probatur danie
lis secundo et septimo capitulis . et luce pri-
mo Tercium est q omnes alie dominaciones
hijs non subiecte tirannice erant ac permissi
ue Et racio est iob. quia deus nō facit regna-
re ipocritam siue tirānum contra instituta a
se dn̄ia nisi propter peccata populi Quartū
est. q verus monarcha est pontifex maximus
Racio quia ei soli delegata est uniuersal xp̄i

ptestas nō solum ligandi et soluendi. sed et
in fide confirmādi et oēs oues et agnos tpali
ter pascendi. vt pz ex euāgelijs Quintū est. q
phibitiones duas xp̄s in passione reuocauit
et in resurrectōe Prima phibicio fuit ne irēt
ad predicandū samaritanis et paganis sed so
lum ouib9 israhel In resurrectione hāc relax
auit pp̄ter promulgacionē euangelij dicens.
Euntes in mūdum vniuersum p̄dicate euāge
liū omni creature Scd̄a phibicio fuit de pecu
nijs non portandis et gladijs. quia cū iudeis
p̄dicarent. ab eis recipiebātur Sed qz futurū
erat dominiū mundi in eis et successorib9 . id
circo in passione ius illud abrogauit et aliud
p futura monarchia condidit dicens Qū misi
vos sine sacculo et pera et calciamētis nichil
vobis defuit Sed nūc qui habz sacculū tollat
similiter et perā Et qui non hz arma. vendat
tunicā et emat gladiū Sextū est. q absqz vo-
lūtate senatus et populi romani cōstantinus
debuit resignare imperiū siluestro Hoc pz. qz
iam ad xp̄m erat deuoluta monarchia iure di
uino Qd̄ aūt est de iure diuino. absqz senat9
cōsulto debuit fieri. Septimū est. q siluester
impij gloriam suscipe potuit a cōstantino . et
btūs sixt9 potuit thesauros imperij a philip-
po imperatore suscipe et thesauros ecclesie ap

pellate Racio qui pt monarchiā suscipere iure diuino pōt ꝛ eius annexa suscipere eodē iure potissime cū cristus relaxauerit ius non vten di pecuniis et armis Octauū est ꝙ btūs lau rencius martir inuito imperatore decio dictos thesauros potuit dare pauperibus Racio the sauri non erāt tiranni sed monarche veri At verus monarcha erat sixtus pōtifex vrbis iu re diuino et decius erat ex cōsequenti tirānus Et idcirco btūs laurencius nec dici nec esse po tuit fur et raptor Nonū est ꝙ cesar et primo genitus ecclesie imperator ille est quem vicarius agni cesarem instituit defensorē monarchie Vltimo sequitur ꝙ qui xpī vicario contradi cūt siue cesares siue reges ac principes et po tentatus statim iure diuino tiranni efficiun tur sūtqꝫ magis sub bestie maumethane tirā nide ꝙ sub miridica diuina monarchia imma culati agni Hec igitur hactenus dicta sint

Capitulum xviii ꝙ omnia supradicta reg na et prouincias et plura alia consequentur latini in prima victoria

[P]Ost hec vidi alium angelum descen dentem de celo]ꝛc Notandum est in primis ꝙ quidam referunt hanc vic toriam ad tempus gotfridi Sed vt dicit ni

colaus de lira sup xx capl'o ea q̄ dicũtur in hoc
capitulo vsq; ad finē libri· nondū sunt cōple-
ta Et hoc est verū Nā q̄ sequuntur· sūt futura
post vltimā europe plagā et ad dānacionem
turchie· vt patet ex duob9 p̄cedentib9 capitu
lis Et in principio hui9 ponitur nota tp̄alis
ordinis dicens [Post hec vidi] Sed victoria
gotfridi nō fuit post vltimā plagā septē reg-
norū europe ꝛ destructionē turchie· q2 ab illa
victoria vsq; nūc thurchia inicia sua habuit ꝛ
crementū vt videmus Igitur hoc capitulum
tractat nō de gotfridi victoria p̄terita· sed de
ꝓxime futura xp̄ianorum milicia sub septi-
mo rege turchie supradicto Scd̄o est sciendū
ꝙ angeli sancti incitant eos quos custodiunt
ad bonum semp̄ vt dicit btūs thomas in pri-
ma parte sue sūme· Et incitant ad tria bona
Primo ad mundas et sanctas cogitaciones·
Secūdo ad sancta opera· Tercio prohibent
iuxta posse ne illudātur a demonibus· Cūq;
creuerint iniquitates hominū vt non audiāt
angelos · tūc homines sunt pleni malarū co
gitacionum· malorū operum· ꝛ habitacionis
demoniorū· et tunc dicūtur iniquitates com-
plete Derelicta vero custodia angelica fiunt
puniciones instātanee· qualis narratur puni
cio monarchie caldaice sub baltassar· danielis

quinto capitulo Vnde de subito ei9 iudicio dix
erunt angeli ieremie quinqgesimo primo ca
pitulo Curauim9 babilone et non est curata
delinquamus ergo eam quoniam puenit vsqz
ad celu iudicium eius Beatus enim iheronim9
hoc totu de custodia exponit angelica Jubet
inquit deus angelis vt resina et medicinam
hominib9 et regnis afferant voluntqz ea cu
rare Quorum consilijs si non acquiescim9 aiunt
Qd in nobis est fecim9 Curauimus babilone
et non est sanata quia cotumax est Derelin
quamus ergo eam et abeamus in terra nos
tram ad referendu deo Tunc ista discessio v
tiqz est irreuocabilis condenacio Vltimo scie
dum est q sicut babilon corpalis statim con
denata est sub baltassar eius glorioso pacifi
co et vltimo rege contenente dei vasa et cap
tiuate dei populu ita mistica babilon thurco
ru et saracenorum subito iustoqz dei iudicio cor
ruet sub prime futuro septimo et vltimo glo
so eoru rege tenente christianos et eorum reg
na captiua et prophanante dei et xpi sacra
Que omnia sanct9 iohanes euangelista in hoc
capitulo explicit in quo principaliter facit duo
Primo innuit victoria terrestrem et mariti
ma contra thurcos et syros Secudo ponit
victoria maritima contra palestinos et solda

nũ ibi [Et subſtulit vnus angel9 fortis] Cir
ca primũ ponit electionẽ principis milicie pri
me · et ſcd̃o ponit cõtra ſaracenos et turchos
tres ſentencias ſcilitet diuinã humanã · et ex
ecutiuã Partes patebũt in legendo Primo i
gitur dicit · ꝙ facta vltima plaga europe · et
coronato ſeptimo vltimoqꝫ turcoꝝ rege ꝑ diſ
cordiã · eligetur ab eccl̃ia latinus princeps ꝑ
terreſtri ac maritima expedicõe cõtra turcos
Sic igitur legatur lrã [Poſt hec] q̃ p̃dixi de
vltima europe plaga et diſcidio thurcorũ ſub
ſeptimo rege futuro [vidi aliũ angelum] qui
erit princeps latinus · [deſcẽdentẽ de celo] ec
cleſie · qꝛ ab eccleſia iuridice iſtituetur impera
tor cõſtantinopolitan9 · ideo ſequitur [Habẽ
tem ꝑtãtem magnã] imperij orientis et [ter
ra] europe obſcurata et captiuata a thurcis
[illũiata eſt a gloria ei9] qꝛ volãte fama ꝙ cõ
ſtantinopolitan9 impator eſt inſtitutus . oẽs
orientales xp̃iani vires et lumen recipient ip
ſum auidiſſime vt meſſiã expectãtes Puto ꝙ
latina eccl̃ia inſtituẽte impatorẽ orientis oẽs
ꝓpabunt² ad ſubiectionẽ romane eccleſie q̃ pri
mo diſceſſerũt ab ea Deinde ponũtur cõtra e
os tres dicte ſentẽcie · q̃ꝝ prima eſt diuina Nã
[ãgelus] cuſtos hui9 impatoris · iubebit ãge
lis turcoꝝ vt relicta cuſtodia eoꝝ · liberũ xp̃ia

no impatori dñium donent Angeli eciã sancti
pugnant p dño eo℞ quos custodiũt· vt₹ dani
elis x·c· Dicũtur aũt pugnare inq̃tũ diuino
iudicio· ₹ examini referũt· merita hominũ re
pugnancia· vt ait btũs thomas prima pte q·
c·xiij Et q₂ sub pdicto septimo rege· erit tur
co℞ cõpleta iniquitas· idcirco angel9 latino℞
explicabit custodie turcho℞ diuinã sentenciã
sic dicẽs in lrã Et ãgelus latini principis [cla
mauit]aliijs angelis turco℞ [dicens]Derelin
quite turcho℞ defensionẽ q₂ a deo erit hec sen
tẽcia [cecidit]·i·cadat [babilon]mistica· a cõ
suetis victorijs [cadat]a dño· ₹ ãgelo℞ custo
dia· q̃ fauebat eis Et subdit q̃ discedẽte ange
lo℞ custodia [facta est habitacio demonio℞]
eos deludenciũ · facta est [custodia ois spũs]
siue cogitacionis [immũde]tercio facta ẽ ha·
bitacio [omnis volucris]siue operacionis [i
munde]et odibilis· quia omnes gentes sara
cenice [biberunt]et opati sunt immunda con
tra deũ et naturã· et inebriati sunt vitijs · [₹
fornicacionis ei9]lege· cõtra quã est [ira dei]
Reges quoq₃ eo℞ qui naturali rõne debuissẽt
illã legem hrẽ suspectã ipi ecõtra [cũ illa]licẽ
cõse [fornicati sũt]in oi genẽ vicij et sub ptex
tu ipi9 spurcissime legis fci sũt diuites [mer
catores]de vtute siue iiusta rapia [diuiciaꝝ e

e 8

ius ablataꝝ ab imperio agni Hec igitur est ꝓma sentencia vt qm̄ cōplete sunt thurcoꝝ iniq̄tates angli custodes eos relinquēt subiciendos a xp̄ianis et illudendos a demonib⁹ Et hec sentencia erit inuisibilis siue inaudibilis. Secūda erit humana audibilis. qꝛ videbitur cristianis mercatorib⁹ ab eis discedere et ceteris remanentib⁹ inspirabitur rebellare ⁊ latinis se adiungere. vt turci statim territi et attoniti. fugā potius q̄ꝫ resistenciā meditentur Ergo ita legatur lr̄ā [Et audiui aliā vocē dicentē de celo] ecclesie. qꝛ pontifex et princeps futur⁹. inducent xp̄ianos existētes sub turcis ad rebellionē et mercatorib⁹ ꝓhibebūt cōmercia cū eis dicentes. [exite] de turchie obediencia [ppłe meus] christiane. et [ne de plagis eius accipiatis] a nobis [si ꝑticipes] eorū vos inueniam⁹ Sciatis q̄ꝫ deus vltor est nobiscū. [qꝛ peccata] infidelitatis et blasfemie. sodomie. fornicacionis. et homicidioꝝ turcorū [ꝑuenerunt vsq̄ꝫ ad celum añ deum] qui non dissimulare sed vlcisci pergit contra oēs thurcorū iniq̄tates Et hec est. secūda sentencia Tercia est executiua Nā ꝓspere agētib⁹ cristianis ita inspirabitur a deo cōtra turchos ac ita facient O cristiani exeq̄mini cōtra turcos sicut et ip̄i vt ꝑ sanguine et insidijs sic reddatis il

lis sanguinē et insidias [Reddite illi] ac [du
plicate] mala [scđm q ipi vobis fecerunt] qz
si a vobis tulerūt septē regna · vos auferte ab
eis quatuordeci Si vobis tulerūt decem pui
cias · vos in hac prima victoria · auferte vigin
ti · ab asia · et armenia · vsq palestinam · et qz
cōputando ab cōstantinopoli vsq iherosoli ·
mam sunt viginti puincie et quatuordecim
regna · videtur q in hac prima victoria latini
cōtinue plequētur vsq iherosolimā et termi
nos egipti Sequitur littera [In poculo quo
modo miscuit vobis miscite illi duplū] quia
si illi a vobis abstulerunt solum feminas · vos
sine discrimine capite feminas et viros [Quā
tum] in templis et cerimonijs [se glorifica ·
uit et fuit] in feminaꝝ [delicijs · tantum date
ei tormentum et luctum] non permittendo
q in vestris ciuitatibus possint cōtrahere cō
nubia · aut habere templa et mulieres nisi sint
christiani · qđ erit eis ad maximum tormen ·
tum et luctū et hec est tercia sentencia contra
eos Nunc quarto loco q facile ruat ōnis tur
chia et alie saracenice naciones dicte · ita ex ·
primit dicens hec Primum · qđ sicut olim bal
tasar monarcha babilonicus superbia elatus
non dubitauit de ciro et dario obsidentibus
babiloniam sed despiciens eos vocabat diui ·

ne iniurie ac cōiuiijs vt habetur danielis quī
to capitulo·ita septim9 rex turchie superbia
potencie elatus·nō dubitabit de exercitu cris
tianorum·sed studebit suis delicijs cū iniuria
christi Et sicut baltasar eadem nocte interfec
tus est·et monarchia translata est ad persas
ita ille breui cessabit·et eius imperia venient
in manus christianissimi principis Et tercio
sicut ille nulū habuit adiutorem·sic iste nullū
reperiet suffragatorem Et hec tangit btūs io
hannes Primo de sua temeraria et elata se=
curitate·sic ait Quia turchia [dicit in corde]
suo elato Ego turchia [sedeo regina] et dūa
imperij romani cōstantinopolitani [nec sum
vidua] principibus et exercitib9 ad mei securi
tatem·[et non videbo luctum] deposicionis
mee cū me nemo sit forcior Et idcirco·secūdo
loco respondit de subita eius ruina dicens J
deo pmo eo forcior est christus·a quo [in vno
die] siue in vno breui tēpore [venient ei9 pla=
ge] qz deponetur a tāto imperio·et ita luctū
videbit Similiter plaga ei dabitur a cristo [fa=
mis] siue seruitutis·quia a regni solio cadet
ad seruitutis obprobriū Plaga quoqz erit ei
[mors] totius exercitus et p̄sidia eius [igni
cōburentur] Tercio·q̄ ex tam subita xp̄iano
rum victoria·alij saraceni territi lugebūt nec

audebunt ei auxilia ferre Et quia littera est
planissima · idcirco eā sub breuitate legemus
Primo · reges saracenorum [videntes fumū]
siue nuncios [incendij] turchie · non auxilia=
ri audebunt [sed stabunt a longe] propter ti
morem exercituū [flentes et dicentes Ve · ve
babilon illa] siue turchia [magna et fortis q̊=
niā vna hora venit] sentencia et [iudiciū] dei
contra te Similiter [mercatores] saracenoꝝ
qui a diuersis ptibus orbis ferunt aromata ·
et alia venalia in asiam · et constantinopolim
